

oratorii pavementum præ vetustate simul et incuria scabrum totum videretur atque defossum, ante crucem tantum, quæ extra^v quintanas^v stabat, aliqua illius particula remanserat solida; propter quod plerique suspicabantur in eodem loco sanctas iacere reliquias. At comes nequaquam hoc verisimile deputans et iterum ecclesiam iterumque regirans aliquod lucidius indicium exquirebat. Tandem¹¹³ vero secus altare vir valde devotus pertransiens respexit subito post illud sancti viri imaginem cingulotenus depictam et proprii nominis apicibus insignitam. Exclamat continuo præ lætitia quasi non iam imaginem, sed ipsam rei veritatem, ipsas sancti^w dei reliquias cerneret. Accurrunt omnes videntesque figuram sancti viri ac litteras gavisi sunt minime iam dubitantes reperturos se protinus, quod querebant.

7. Primus¹¹⁴ itaque idem comes Christum invocans terræ fossor accedit, sequuntur et ceteri. Et primam quidem soli ipsius faciem absque^a mora rumpentes^b (p. 265) terram reperiunt et ea rursum defossa impingunt in calceum pavementum. Iamque se voti compotes estimantes magna¹¹⁵ cum aviditate illud dirumpunt, sed eo remoto in puram terram iterum incidunt. Eo igitur magis instare et terram ipsam aliquanto altius fodere. Quam cum nichilo segnius egressissent, pavementum item de tegulis reperiunt et eo quoque omni instantia dissipato^c iterum in arenam^d altitudinem palmi unius habentem^d deveniunt. Iamque fatigati quasi diffidere et relinquere cepta parabant, cum fervor fidei ac devotio comitis quiescere nullatenus adquiescens magis ac magis cepit instare inventamque arenam^e instantius mandat erude-

v) über getilgtem inibi. w) folgt viri V.

Tr. I c. 7. a) absque – rumpentes (siehe unten Var. b) eingefügt anstelle von getilgtem quasi arenariam calci com(p. 265) mistam inveniunt. Qua mox egesta. b) siehe oben Var. a. c) folgt gestrichen tertio. d-d) arenam – habentem eingefügt über getilgtem similem priori terram. e) eingefügt über getilgtem terram.

113) Zur Lage des Heiligengrabs vgl. Paul MEYVAERT, *Peter the Deacon and the Tomb of Saint Benedict*, Rev. Ben. 65 (1955) S. 48 f.

114) Ps. Ambrosius, *Epistolae segregatae* II (53) c. 5, MIGNE PL 17, Sp. 744A: primus ego terrae fossor accessi, caeteri vero episcopi prosecuti.

115) Gregorius Magnus, *In librum I Regum* I 99, hg. von VERBRAKEN (wie Anm. 85) S. 113: cum magna aviditate.